Dictamen de vn Ingles dado a Ph.^e 2.^o para q̃ con suauidad y poco a poco introduzca la Relig.^on Cath.^ca en Ingalaterra.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Iam insignis est in Angliam diuini fauoris significatio ut omnem omnium Anglorum industriam illa excitare debeat ad Anglicanam Ecc.liam reformandam: Nam præter Martyrum sanguinem quo sp.ualis ager noster copiosissime irrigatur, et Ecc.lia n.ra materialis magna ex parte manet, cui ut forma perfectissima inducatur, id o.ino elaborandum est.

In hoc reformandi studio non est quod quisquam putet in alias orbis Xpiani prouincias oculos esse conjiciendos, ne in frigidis alioz moribus noster zelus deferuescat.

Immo neq ipsius Tridentini Concilij instituta perfecta illa (quam nos meditamur) disciplinam continent. Concilium enim illud necesse habuit pro modo corruentis Ecc.liæ ad captum orbis a perfectione iam deflexi multa indulgere. Enimuero P.res Concilij Trid.ni cum Ecc.liam non nouam fabricare sed annosam iam nutantem fulcire uellent, non poterant o.es sp.ualis architecturæ regulas accurate seruare: In Anglia uero Rex, et Parliamentũ poterunt Ecc.liam o.ibus suis numeris absolutam, idest Ap.lorum temporibus conformem, a primis fundamentis exædificare: ut Ecc.lia n.ra sit speculum quoddam et ad instar uniusq.a exemplaris ad quã reliquæ nationes se componant.

Regnante Maria Ecc.liæ Anglicanæ reformatio Comœdiæ haud absimilis fuit in qua histriones, etsi ijdẽ ipsi maneant, diuersas quas induunt formas pro representanda subinde mutant. Nam qui Catholicos sub Edoardo 6.^o persequuti fuerant, in hæreticos sub Maria inquirunt, et sacerdotes a concubinis uix auulsi Altari continuo restituuntur, et Bonorum Ecc.licorum Raptores Bullas quasdam a Sũmo P. surreptitiæ impetrarunt quibus se ipsos deciperent dum sacrilege rapta secure se tenere illa Bullarum uirtute putarent.

In hac n.ra futura reformat.e ante o.ia Magistratus quidam seu quinq uiratus instituatur, qui ... Reformaonis nocetur, penes quod Concilium Reformaonis totũ reformandi iudicium et a...

Statim in aditu Reformaonis inchoatæ edicto pub.co cautum sit, ne qua persona Relig.sa vel Ecc...

cersita) Angliam intrare præsumat, quod si forte quisquã intret, continuo se præsens sistat coram Concº Reformaõnis cuius arbº aut in Anglia manere, aut iterum exire iubeatur.

Hæreticos in initio tolerare non inutile erit, ita tñ ut non permittantur prædicare exemplo Belgarum, sic enim Catholici liberabuntur ab illa calumnia, quã dicuntur persequi antequam doceant, deinde hinc, dum confidentius loquunt hæretici citius conuertentur: Tertio hinc Rex cernere potest quomodo affectus sit populus.

Ex hæreticis ad fidem conuersis nullus nobilitate aliqua, aut ulla alia in re insignis ecclıæ reconciliari debet absq consensu Epi sui, qui id muneris iniunget uiris idoneis, dabiturq sic conuersis locus et tpus et modus se recolligendi et nouissima meditandi quæ animã in re tanta iuuare possunt.

Ji soli ad munia in Repub. eminentiora, et dignitates assumendi sunt, quos constat Catholicos esse, et de fide Catholica optime meritos.

Omnes contentionum radices quamprimum extirpandæ sunt, quæ inter laicos et clerum, Epos, et Capla sua, sæculares et Regulares, et diuersos uariorũ ordinũ Regulares oriri solent ob iura prætensa, Præsidentias, Priuilia, Jmmunitates et simõi, quæ oĩa in ipõ Reformaõnis limine decidere, et declarare pro utilitate temporum, et partium (quorũ interest) applausu si fieri potẽ ad Concilium Reformaõnis pertinebit.

Bona Ecclica sub Henrrico octauo sacrilege rapta statim restituantur, alr enim nunquam fiet, ut Deus Angliæ placetur, nec ullus illorũ bonorũ detentor, vel in conscientia, vel in foro contentioso securus erit.

Bona Regularium integre restituta non sunt alicui pristino eorundem possori statim restituenda (si quis illa iure suo sibi uendicare vellet) sed habito prius Sũmi Pontificis, et futuri Regis consensu in comune quoddam ærarium seu Bursam pub.cam in p̃ntes Angliæ usus distribuendam conijci debent. Tempora enim Angliæ alia sunt, quam quando hæc bona a maioribus nr̃is in Monria collata in antiquorũ Religionũ iura abierunt.

Orbis vniuersus nouit Bona Angliæ Regularia plæraq ad S. Benedictum pertinere, quo in ordne nationis Anglicæ paucissimi in p̃nti sunt, qui Pribus suis in amplissimis illis bonis hæredes succedant, et Angliæ non expedit eadem Bona Benedictinis alienigenis concedere. Præterea fortasse tot Monria S. Benedti, aut S. Bernardi, aut alterius alicuius eiusmodi ordnis monastici (etsi in se Smi) nec possibilia erunt, nec necessaria Angliæ in principio Reformaõnis, sed multo magis loco multorũ exillis, Scholæ, Seminaria, Studia pubca, atq adeo Collegia, et Domus illorũ Regularium, qui prædicando et docendo proximis magis sedulam nauant operam; Hi enim plus quam Monachi clerum Anglicum adiuuabunt, non solum initio Reformaõnis, sed et deinceps per multorũ añorũ spatia.

Ad Concilium igitr Reformaõnis spectabit Bona Regularium (prout ipsi Concº in Dño uidebitur) non quidem attento antiquorũ possorum Jure, sed p̃ntium tporum vtilitate distribuere: Antiquum ius suum si quis acclamando prætendere uelit, nullomodo vel audiri debet.

Hæc enim Bursa cõmunis ex Regularium Bonis constans, aut aliqua eiusmodi sic nr̃æ quam maximus Reformationi necessaria est ut absq illa Angliæ Reformatio nunquam talis erit, qualis esse deberet. Jmmo si pax ipsa et utilitas pubca spectetur, longe utilius et magis pacifice dtã Regularium Bona arbº Concilij Reformationis dispensabuntur, quã si ad singulas Religiones pro antiquo Jure redirent.

[...]ndo uidebitur Concº Reformaõnis ordem aliquem Regularem in Angliam admittere, talis ordnis Gñali scribat

eiq qualitatem et numerum mittendorum sufficientem tali ord^ni^ praescribat.

Ordines vero admissi Londini primum incolant oes; Capucinis vero locus ad Tiburnum assignari potest

Regulares (ut diximus) Londini primo positi zeli sui specimen praebebunt, ut inde point derivari, citius, aut serius, magis, aut minus, prout hisce tpribus utiliores videbuntur, et ad opera vitae activae in lucrandis animabus se accingent. Prima tamen cura posita sit in Collegijs et Seminarijs erigendis.

Equites Melitenses quos nos S^ti^ Jois vocamus (vulgo de Malta) cum ob Turcam a nobis longe remotum non valde utiles Angliae sint, et de castitate quam Deo vovent aegre custodita suspecti, non est quod deinceps recipiantur in patriam nram, sed loco eorum instituat^r^ ordo novus Equitum coniugatorum.

Etsi Antiquae Relig^nes^ non sint penitus abijciendae, sed ijs et (tpore et modo quo publice videbit^r^ expedire) quaedam Mon^ria^ assignari poterunt, cum tn vitam contemplativam maxime colant, satis benigne cum illis actum putent, si Mon^ria^ sint non eo numero et maiestate qua antea florebant, sed singulis ord^bus^ unum deputet^r^ Mon^rium^ in singulis Provincijs censu parvo, qui satis sit ad alendum numerum competentem Personarum Religiosarum, quae statim promittent accuratam sui instituti observantiam. Et in admissione Regularium considerandum est quinam retinent primaevum sui instituti spiritum, et de quibus spes est fore, ut cum vere Deum quaerant, lites cum alijs exercere nolin

Quando de Monasterijs agitur advertendum est, eorum plura sacris Virginibus quam viris esse concedenda, quae et virgines cuius Regulae, et a quibus gubernandae erunt, statuendum est.

Siquando visum fuerit Reipub. ord^nem^ S. Benedicti Angliae restituere, non est quod Abbates Baroni Regni praerogativis et praeeminentijs (pro more antiquo) deinceps gaudeant, ut in solenibus Regnijs ubi ad statuendum de Reipub. sum̄a ord^nes^ Regni conveniunt (nos Parliamenta appellamus) Abbates aequali iure cum reliquis Proceribus in consessu Principum suffragia ferant et sententiam dicant: Sed Benedictinis satis erit, si loco tot Abbatum Baronum praerogativis antiquitus praefulgentium unus in posterum Abbas ex illis, aut Provincialis aliquis tanta loci et Privilegiorum amplitud^em^ (exclusis caeteris) solus obtineat. Interim fortasse expediret viris insignibus certorum quorundā Regularium alterius cuiusdam instituti locum in Parliamento de novo concedere saltem in consessu inferiori, ubi Populi Procuratores, et oratores Provinciarum consident.

Beneficia illa opima quae apud nos Personatus expropriati vocantur et antiquitus Mon^rijs^ anexa erant, illis in posterum avellant^r^, et alijs Ecclīae usibus assignent^r^.

Ex hac bonorum Regularium, quam diximus, distributione Anglia post aliquot an̄os etsi non tantae maioris tamen perfectionis Regulares haberet, et longe utiliores ad lucrandas animas.

Illi aut Regulares magis multiplicandi essent, qui saluti proximorum magis incumbunt.

Ut aut haec Bonorum Regularium dispensatio, quam statuimus fiat, et nulla antiquorum possorum cond[...] mittat^r^. Sum. Pontificē et futurum Regem iam interim anticipatis supp^bus^ convenire, et occu

[illegible] Octubre

Oportet et a Sum. Pont. impetrare, ut remittere velit saltem ad tempus ea oĩa, quæ de Episcopatibus, vel aliunde Anglia Sedi Aplicæ solvere consueverat, hoc enim requirit nr̃a Reformatio.

Reformandæ Ecclīæ maximo interdum impedimto esse solent Episcopi tepidi, et Ecclici indisciplinati.

Quod ad clerum Anglicum attinet, etsi Bona Sæcularium Ecclīarum non in Bursam quandā coem (quod de Regularibus Stabilivimus) sed ad proprios, et pristinos Ecclīarum vsus redire poĩnt, non tn̄ usq. quaq. libere, et absq. omni Reformaõne sed limitata, et restricta conditionibus a Concio Reformaõnis apponendis.

Inferioris Ordnis Sacerdotes nulla habeant certa sacerdotia, Personatus, aut Beneficia sibi appropriata, sed æstimato virtute et laboris merito habeat unusquisq. provisione statui convenientem.

Prælati vero Ecclīæ Anglicæ etsi res aliquod in Ecclijs habere poĩnt non tn̄ ita fixum, et perpetuum, ut pensatis moribus, et Regiminis modo, non sint ad nutum amovibiles, et illoꝝ Palatia mulieribus non pateant, nisi notas ob causas.

Ad duos, qui antiquitus erant in Anglia Archiepiscopatus addatr. tertius Bristoliæ super Angliam occiduam, et Walliæ partem; ita tn̄, ut Primatus Angliæ apud Cantuariensem maneat.

Etiam præter Universitates Studioꝝ Publicoꝝ, Oxonium, et Cantabrigiam instituatr. Universitas tertia Richmondiæ Dunelmi, vel Novocastri in partibus Angliæ Borealibus; in quaꝝ singulis fundentr. tria seminaria prægrandia in quibus sola Theologia, Physica, et Logica prælegantr. quibus subordinentur Seminaria puerorꝝ per Reliquam Angliam erigenda.

Festi dies in Anglico Calendario reformentr., et pauciores sint.

Lex illa quæ vocatr. Mortemam, qua cavetr. ne ad mortuas manus scilicet Regulares donationes Bonoꝝ Stabilium fiat, tollatr. saltem ad tempus.

Etsi Concilium hoc Reformaõnis omnium totius Reformaõnis negotiorum moderatores sint, nemo tamen illud putet Inquisitionis noĩe appellandum: Nam præter hoc et Inquisitio in Anglia institui debet, non eiusmodi, qualis Romæ, Venetijs, Neapoli, aut oĩno per Italiam est, sed in præcipuis, ut Angliæ utilis sit, Hispanicam Inquisitionem exprimere debet.

Hæc ad honorem Dei, et patriæ bonum suggerenda habui.

Ego Rob. Personius.

[illegible] Alfere[illegible] Sargento mayor [illegible] Guarda [illegible] de octubre

[illegible] Alvera de su mayor estado guarda [illegible] Madrid [illegible] octubre

20.